Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor motus cordis nostri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO II.

AMOR DEI,

Amor motus cordis noſtri.

Materiale cor noſtrum docetur, quale debeat eſſe ſpirituale in amando Deo. Illud nunquam ceſſat à motu; & voluntas noſtra nunquam ceſſare debetur amore Dei. Illud eſt principium omnium motionum corporis viventis, & Amor divinus debet initium in omnibus actionibus animæ. Illud movetur ſemperpetuis motibus, expulſivo ejus quod noceat, & attractivo ejus quod juvet: Sic voluntas noſtra debet amore complecti utilia, & odio ſancto averſari noxia.

O Jeſu, cordis mei, fac ut iſtud cor meum ſit ſpirituale, ſicut eſſe debet: vivat ſemper in amore, moriatur in amore, & fugiat omnem alium amorem, qui ſanctus non ſit.

O Cor meum, vide quis tuus ſit finis, ad quem creatum es: Ad amorem, ad amorem perfectum, ad amorem qui ſit continuus, & univerſalis: amorem ſolitarium, qui non divertat in te alius amor, præter divinum. Hoc eſt ergo deſiderium meum: hoc eſt propoſitum, amare Deum ac Dominum meum, ſemper, ſolum, & in omnibus rebus.

CONSIDERATIO III.

AMOR DEI,

Amor Donum DEI.

Donum donorum, donum ſuper omne donum, eſt donum divini Amoris. Et ſi Amor *eſt impreſſio amati in amantem*, ut S. Thomas ait, talis eſt amor Dei,

eſt